



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

69. An propter periculum incurrendi nova peccata teneantur fideles ad confitendum frequentius, quam semel in anno? Et an saltem sit obligatio sub mortali sæpius intra annum elicere actum contritionis ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76393](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76393)

De Sacram. Pœnit. Ref LXVIII. &c. 133

Ergo, cui etiam adde Aversam de Sacrament. Pœnit. quæst. 15. sect. 1. §. 4.

RESOL. LXVIII.

An preceptum confessionis obliget propter periculum incidendi in plura peccata, si differatur confessio? Ex part. 1. tractat. 6. & Misc. 6. Resolut. 60. alias 62.

sq. hoc in §. 1. **A**D hoc dubium respondet Joannes Pon-
tius in Curs. Theol. disp. 45. q. 6. consil. 2.
n. 38. Quæritur hic, an hoc preceptum obliget ad
confitendum propter periculum incidendi in plura
peccata, si diu maneat absque confessione. Affir-
mativam partem tenet Cajet. Petr. de Soto, Suar.
Filliac. Fagund. citati à Cardin. de Lugo, qui tenet
oppositum, & dicit id esse de mente Theologorum
communiiori, quod an verum sit nolo examinare.
Sed certè fundamentum præcipuum ipsius non suf-
ficit: nempe quod frequentia confessionis ideo
conducat ad vitanda peccata; quia confitens dolet
efficaciter de peccatis, & proponit ex evitare; ex
vi autem talis doloris, & propositi magis determina-
tur ad non peccandum: sed sine confessione po-
tent habere hujusmodi dolorem, & propositum:
ego non est necessaria ipsam confessio. Hoc in-
quum fundamentum non sufficit, quia major est
falsa; illa enim non est sola causa; sed quia per
confessionem ponitur in statu gratiae eruptus a fer-
vitute demonis, & propterea majorem habet con-
gruitatem, ut recipiat à Deo gratiam superandi
tentationes occurrentes, quam si esset inimicus
Dei ob statum peccati.

2. Itaque concludo cum Authoribus partis affir-
mativa, addendo tamen, quod obligatio currat
quando sine magno detimento quis confiteri pos-
set: nam si tale occurreret, posset proponendo vi-
tare peccata, sperare non defutram gratiam qua-
tentationes supererat.

3. Objicies: præceptum Ecclesiasticum de con-
fessione semel in anno efficit superfluum; si quis te-
netur communius confiteri, & hinc etiam oritur,
quod fideles possent colligere se non esse obliga-
tos ad frequentius confitendum ex mente Ecclesie;
que non limitaret talis tempus, si putaret eos obli-
gari ad id frequentius faciendum.

4. Respondeo negando sequelam, quia illud
præceptum haberet hanc utilitatem, ut moverentur
fides ad non continuandum peccatum non con-
fidi, quod conmiseriter omittingo confessio-
nem semel, & Iepis in anno ultra annum; &
etiam ut præcepto Ecclesie magis invitarentur ad
faciendum id, ad quod alias obligarentur. Nec ve-
rum est, quod ex illo præcepto fideles possint rationabiliter colligere, quod non habeant obliga-
tionem Iepis confidendi: sed tantum quod non
habent illam ex obligatione Ecclesie. Et hæc om-
nia docet Pontius loc. cit. quibus addit. Coninch.,
Granadum, Fagundez, Nugnum, Filliac. Molfe-
sum, quos citat Leander.

5. Sed ego non assentior opinioni negativæ
Cardinalis Lugo quam latè tractat, & firmat de
penitent. disputation. 15. sect. 4. num. 22: cum segg. &
illam docet etiam Reginald, tom. 1. lib. 6. cap. 1.
num. 29. ubi sic ait: Secundum dubium est, an
obligatio confidendi tunc contingat cum confessio
cenetur esse medium moraliter necessarium ad su-
perandam aliquam tentationem, seu occasionem
peccandi.

Tom. I.

6. De eo autem tria videntur tuenda. Primum
est negari non posse quin frequenter confiteri, sit
optimum, & utilissimum remedium adversus tenta-
tiones; quoniam per confessionem ritè obitam,
anima pondere peccatorum exonerata, & divina
gratia habitu tecta, & roborata, valentior reddi-
tur ad spiritualē pugnam.

7. Secundum est, propositam necessitatem mora-
liter loquendi non nisi tardò posse contingere; quia
cogitari non potest casus in quo nequeat tentatio
superari, aut novum peccatum mortale vitari, aliter
quam per confessionem Sacramentalē. Nam ad
vincendam quæcumque tentationem, & pericu-
lum peccandi mortaliter superandum, potest suffi-
cere divinum auxilium excitans nos, & adjuvans.
Quod non dari efficax nisi precedente sacramentali
confessione, nulla ratio persuaderet; praesertim cùm
ipsa confessio, ut debitè fiat, requirat potius supe-
rationem tentationis, quam contra; quandoquidem
conjunctionē habere debet firmum propositum
non peccandi mortaliter de cætero, data quacum-
que occasione, quod est tentationem supererasse.

8. Tertium est: dato casu, in quo revera hic, &
nunc in hac persona, & cum his circumstantiis con-
fessio existimat esse medium necessarium ad vin-
cendi tentationem, & periculum peccandi mortaliter,
tunc obligationem esse confidendi, non qui-
dem ortam ex præcepto confessio, sed ex præ-
cepto quo homo tenetur vitare peccatum illud, de
quo tentatur cum lapsus periculo. Tale enim præ-
ceptum obligat, ut ad vitationem peccati, sic &
ad media, quæ sunt ad illam necessaria: sicut
confessionem omitendo in eo casu mortaliter pec-
catur, non quidem transgressione præcepti divini
de confessione: sed alterius per quod prohibetur
peccatum illud, cuius probabili periculo quis ex-
ponit se per eam omisionem. Ita Reginaldus, cui
adde dictum Leandrum de Sacr. tom. 1. tr. 5. disp. 3.
q. 17. ubi testatur, eam sententiam docuisse duos
maginos viros suæ dignissima Religionis Fratrem
Franciscum à Sancto Juliano, & Fratrem Euge-
niū à Sancto Gregorio. Et probat supradictam
sententiam, quia ad hoc quod confessio in eo casu
obligaret, deberet quis libi persuadere, illam esse
unicum, & singulare remedium ad evitanda pecca-
ta: sive in communi, sive in particulari, & hac per-
suasio est falsa, cum revera confessio non sit tale
remedium: Ergo Minor probatur primò, quia plu-
ra alia remedia reperiuntur, ut jejunia, flagel-
lationes, &c. Secundò, quia licet confessio ad hoc
utilissima sit, non tamen est remedium efficax, &
infallibile; nam confessio solum habet efficaciam
circa peccata præterita: circa futura vero licet ha-
beat aliquam, non tamen infallibilem: ergo tota
obligatio hæc provenire solum potest ex falla ho-
minis persuasione: ergo solum intervenire potest
hic obligatio, quam quis per conscientiam erro-
neam sibi imponit.

9. Remanet igitur satis probabiliter firmata no-
stra sententia contra Pontium, & alios, quæ à mul-
tis scrupulis, & obligationibus liberabit Confessa-
rios, & Penitentes, & ipsimet adversarij, ut Pon-
tius, velint, nolint, tanquam probabilem conan-
tur admittere.

RESOL. LXIX.

*An propter periculum incurriendi nova peccata te-
nentur fideles ad confitendum frequentius, quam
semel in anno?*

M. Ep.

NTON
OPERA
OM. I & II
E III

Et an saltem sit obligatio sub mortali sepius intra annum elicere actum contritionis propter vitandum periculum incidenti in nova peccata mortalia? Ex part. 7. tract. 12. & Msc. 3. Ref. 32. alias 29.

*Sup. Rer. in §. 1.
Ref. prae-*

Affirmativè videtur responderē Cajetan. *in summa, ver. Confessio, §. 5. prefens.* Petrus Soto, *de Iust. Sacrd. scđt. 5. de necessitate Confessionis.* Suarez in 3. part. tom. 4. disputat. 35. scđt. 3. num. 10. Fagundez in *præcep. Eccles. part. 2. lib. 1. cap. 1. num. 16.* & Fillius in *tom. 1. tral. 7. capite secundo, num. 40.* Quia satis experientia demonstrat, eos nunquam vitare nova peccata mortalia, si confessionem per annum integrum diffrerant.

2. Verum Cardinal. de Lugo, *de Sacram. Pœnitent. disput. 15. scđt. 4. num. 45. & seq. recte non adhæret huic sententiæ, & ideo sic afferit: Dico primò quod frequenter Confessionis non sit medium necessarium ad peccatum mortale aliquod determinatum vitandum, sed ad peccatum mortale in communione vitandum, non obstat quo minus esset obligatio confessionis frequenter. Hæc videtur esse contra Patrem Suarez in verbis citatis, eujus dictiōnem de medio necessario ad vitandum peccatum in particulari, vel peccatum in communione, impugnati, disputatio præcedenti scđt. ultim. ubi vidimus, non minus obligari hominem ad impediendum peccatum mortale in communione, quando in certò scit sequi ex tali occasione determinata, quam ad impediendum peccatum determinatum, nec ulla apparent ratio discriminis probabilis, ut ibi explicatum est.*

3. Dico tamen secundò: non obligantur communiter homines Christiani ad Confessionem frequentem sub peccato mortali propter periculum illud incidente in nova peccata, si diutius differant confessionem. Hæc videtur esse juxta mentem communem Theologorum qui huc usque talēm obligationem non agnoverunt, nec penitentibus de illa scrupulūm injecerunt, nec in publicis concionibus propofuerunt populo tale præceptum; quod argumentum negativum cum tanta universalitate videtur habere magnam vim; neque enim est credibile ignoratam fuisse per tot secula hanc obligationem, aut agnoscerebatur, fuisse neglectam à sanctissimis, & doctissimis viris, qui licet frequenter confessionem hortati fuerint auditores suos; nunquam tamen sub obligatione illam ipsi proposuerunt.

4. Secundò probari potest ex præcepto Ecclesiæ de confessione annua, quo licet explicitè non auferatur obligatio ex præcepto divino, vel naturali, si quæ cū aliunde ad frequentiorem confessionem: valde tamen insinuat, nullam esse talēm obligationem. Si enim communiter tenerentur homines ad frequentiorem confessionem, superfluum esset præcipere illis confessionem annum: sicut si Episcopus aliquis legem conderet in suo Episcopatu, ut omnes qui non essent legitimè excusati, jejunarent semel sibi in singulis hebdomadis Quadragesimæ: hæc certè lex non solùm esset inutilis; sed etiam nociva & scandalosa; quia subditi crederent, se satisfacere sue obligationi jejunando semel in hebdomada. Similiter ergo nocueret, lex Ecclesiastica, quia fideles communiter credunt, se satisfacere sue obligationi per confessionem annum ab Ecclesia præceptam: multas alias adducit rationes Cardinalis de Lugo.

5. Sed an latenter erit obligatio sub mortali la-

pius intra annum elicere actum Contritionis propter vitandum periculum illud incidente in nova peccata mortalia? Cardin. de Lugo ubi supra n. 5. 4. doct. in affirmativè respondet, sed afferit non esse necesse. Refolut. 36. & alioquin interrogate de hoc penitentem, nec eum poli in fol. 1. huic principi.

RESOL. LXX.

An pœnitens, qui lubricam & debilem habet memoriā, teneatur scribere peccata?
Et an, quis peccet, saltem venialiter adhibendo ni-
miam diligentiam & curam maiorem, quam oportet in scrutanda conscientia ante confessionem? Ex
parte secunda, tractat. 17. & Milcell. 3. Re-
solut. 46.

S. 1. **M**artinus Bonacina vir doctus in tract. *de Sacram. disput. 5. q. 5. scđt. 2. punct. 10. 3. m. 11. ult. n. 6.* tenet affirmativam sententiam, si possit sua peccata, absque probabili periculo scribere tempore confessionis, aut etiam antea.

2. Sed absolute, & sine ulla limitatioñe opiniōnem negativam teneritam esse teneri Suarez tom. 4. in 3. part. disput. 36. scđt. 5. num. 6. Valentia tom. 4. disput. 7. quest. 11. punct. 1. circa finem. Henrique lib. 4. cap. 4. num. 8. Ratio hujus sententiæ illa est; quia, ut bene notat Vafquez tom. 4. in 3. part. quest. 90. art. 1. dub... num. 24. solum adest præceptum præmittendi examen ante confessionem, non vero conservandi memoriam peccatorum. Ergo non tenetur illa scribere. Imò Sotus in 4. dis. 18. q. 2. art. 4. ad ult. putavit hoc penitentibus non esse confundendum. Sed melius Cajetan. ver. confessio condit. 11. Nugus tom. 2. in 3. part. q. 9. art. 2. diff. unica, ver. circa octavam, concl. Coninch. de Sacram. in 3. p. dis. 7. dub. 9. n. 72. & alio afferunt, licet hoc necessarium non sit, fudendum tamen; quia diligentia hac in re laudanda est, modò evitentur scrupuli, & nimia anxietas. Et sup. hoc in sententia scrupuloso circa hanc materiam, quo in per- scutanda conscientia, & numero peccatorum ante confessionem, peccabunt venialiter adhibendo ni- miam diligentiam, & curam maiorem, quam oportet, scit, quia, ut tradit D. Thom. p. 2. q. 64. art. 1. in omni virtute morali peccatur, non solum per defec- tum, sed etiam per excessum. Ita Marcellus Me- gala in 1. p. lib. 5. c. 9. n. 7. ex mente, & doctrina Navarri in cap. fratres, n. 72. de pœn. dis. 5.

RESOL. LXXI.

An mutus teneatur confiteri per mutum, & signa?
Et quid de ignorantie idionia Confessarii?
Et cur si explanatur, quod amenib[us] à nativitate non est danda Eucharistia, ne quidem in articulo mortis nisi, quando erant sua mentis compotes, devotionem ostenderent in hujusmodi Sa- cramento.

Et an Confessarius tempore, quo obligat præceptum confessionis, possit absolvere mutum, qui praebet signa doloris, etiam si nullum possit ex ejus signis intelligere peccatum, & alius non adsit Confessarius, qui melius intelligat, quod à for- tiori procedit in articulo mortis? Ex part. 5. tr. 6. Resolut. 3.

§. 1. Respon-